

76

Optimo Viro, eideniq, Doctissimo Johanni Hesse, la- de No. 1523.
rarum literarum Professori, Canonico Ura- 41/
slaviensi amico Charissimo.

S. P. D. Vereor ne tibi suspectus sim nomine negligentis
quod tardius aliquando Epistola, quam superiore tempore
à te accipi, respondeam. Tu vero mi Hesse, sic habeto, me
hactenus non habuisse homines idoneos, quibus literas ad te
darem. Quanquam vicarius Episcopi vestri, antequam abi-
ret, denunciavit mihi, si quid ad te vel Meturam no-
stram vellem: Illig tamen hominis ea fuit festinatio,
ut non expectaret, dum literas, quas jam scripseram,
obsignarem. Præter hunc, cui Epistolam tunc comitterem,
fuit planè nemo. Habes itaq, excusationem, ut mihi
quidem videtur, justam: Quam ut pro tua singulari erga
me benevolentia accipias, majorem in modum peto, atq,
illud tibi spondeo, ne posthac non committarum, ut offi-
cium meum in hoc genere requiros. Venio nunc ad epistolam
tuam, itam quidem et officij et suavitatis plenam. De rebus
tuis, quod mihi scripsisti fuit sanè jucundum. Latet
sum, ut debui, vehementer, quod tu populum Christia-
num doceres, eandemq, excitares ad veram pietatem.
Quod ut tibi illig, bene eveniret, exoptavi. Est certe
hoc unum, quod Ecclesia Christiana, multum adjumenti
ad bene sancteq, vivendum afferre consuevit. Quare mi
Hesse, perge, ut coepisti. Bene merere de Christianis
hominibus. Cogita quantum premij ad eos pervenerit,
qui vineam Domini bene coluerunt, eideniq, egregi-
am navarunt operam amplissimum, crede mihi, illig
rei fructum consequere. Neq, verò huc te moveat inquietas

corum, qui doctrinam Christi afferuntur, qui tibi mo-
lestiam exhibent; sic ferè sit, ut optineq; quisq; à mihi
bono oppugnetur. Tuam certè fuerit, quod tibi cum sanctis:
quoq; commune est, id animo quam equissimo ferre. Sed
quid ago? Hominem sua sponte ad optimam vitam rationem
incitatum impello. Quid tibi faciendum sit esse, tunc opti-
ne nosti. Tu igitur audi, tibi obtempera, ne patiaris te ab
ea sententia, in quam te Strig dixit, divelli. Meam vero
constantiam, quod laudasti, tandem mihi tribuisti, fecisti.
Tu quidem amanter ac perofficose. Quamquam in ea re
majorem laudem mihi tribuisti, quam ego vel velim
agnoscere, vel etiam debeam. Sed tamen ea laus ab amore
tuo profecta excitavit me non parum. Voluisti proterea,
ut quam potissimum vitam rationem suscepissem, ad te per-
berem diligenter. De qua nunc breviter. Me aliquandiu
in aula fuisse, ex Methlero nostro te audivisse arbitror.
Et quia, ut primùm ereptus fui, cepi consilium aut huc, aut
alio, ubi recta studia florere, migrandi. Quid multa?
placuit consilium parentibus, hi ut huc me conferrem,
se velle ostenderunt. Cum itaq; et illis ita videretur,
et eam rem rationibus meis utilissimam fore, intelli-
gerem, huc tandem migravi. Quidis hoc loco, que mihi
nunc sit studiorum ratio? Juri civili operam dare cogor,
quando a professor lectus sum in commune illud nostrorum
hominum judicium. Hic, inquit, quid sacerdoti cum ju-
ris? Ego ipse sepe hoc pacto cum meis istis. Sed cum
ostenderent illi unicuique, licere, fasq; esse, id, quod
rectum

72

certum et signum sit, fieri: item iudicia magnam
vim habere ad animos hominum à sceleribus deterrendis.
Satis denique esse, hac ratione, innocentes ac misere
oppressos sublevare, quam in angulis, nefas quibus, desi-
dere et socordiam pro pietate colere. Quid quid facere-
rem? certe honesta illorum eratoratio, quae aducebar
ego, ut me in numerum apestorum legi paterer. Quod
tamen magis satis otiosum est, neque me à coeteris studiis
magis distrahit. Humanitatem etenim, ut ab ine-
unte aetate feci, complector. Quin etiam ad Theologiam
mibi aditum nunc liberè manio; ea quae mihi adferet
utilitates? utor in ea re consilio Petri Mosellani, cuius
iudicium, quantum faciendum sit, haud ignoras. Hoc feri-
sunt, quo de vita mea ratione ad te hoc tempore, scribe-
re possim. Nam quod scribam, nihil sanè est: prater
humiliter Germania nostra. Certe omnia ad vim spe-
stant; quam nisi deus O. Max. averterit, vereor ne
hoc anno omnia et divina et humana perturbentur.
Audies de admirabili vacca foetu; ille Monacho vitibus
magnis excitabilis tragodias, cum tamen, ut verè tecum
loquar, res sit planè fabulosa. Effigiem illius mihi in plexo
nostro. Vale tibi, persuade me tui esse amantissimum.
Lipsia Non: Januarij. Anno post Christum natum
M. D. XXIII.
T. Julij Flügel.

Doctissimo Viro, eidemq; Optimo Johanni Hesso, Sa-
crarum literarum Doctori, Canonico Wratislavi-
ensi, amico charissimo. 421
S. P. S. Audis tibi datum esse negotium Evangelium predicandi,